

INTROIT Psalms 73: 20, 19, 23

Réspice, Dómine, in testaméntum tuum, et ánimas páuperum tuórum ne derelínquas in finem: exsúrge, Dómine, et júdica causam tuam: et ne obliviscáris voces quæréntium te. (Ps. 73: 1) Ut quid, Deus, repulisti in finem, irátus est furor tuus super oves páscuæ tuæ? Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Réspice, Dómine, in testaméntum tuum, et ánimas páuperum tuórum ne derelínquas in finem: exsúrge, Dómine, et júdica causam tuam: et ne obliviscáris voces quæréntium te.

COLLECT

Omnípotens sempitérne, Deus, da nobis fidei, spei, et caritátis augméntum: et, ut mereámur ássequi quod promíttis, fac nos amáre quod præcipis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

For St. Gorgonius, Martyr

Sanctus tuus, Dómine, Gorgónius sua nos intercessióne lætíficet: et pia fáciat sollemnitate gaudere. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Galatians 3: 16-22

Fratres, Ábrahæ dictæ sunt promissiones, et sémini ejus. Non dicit: Et semínibus, quasi in multis, sed quasi in uno: Et sémini tuo, qui est Christus. Hoc autem dico, testaméntum confirmátum a Deo, quæ post quadringéntos et trigínta annos facta est lex, non irritum facit ad evacuándam promissionem. Nam si ex lege heréditas, jam non ex promissione. Ábrahæ autem per repromissionem donávit Deus. Quid igitur lex? Propter transgressiónes póstita est donec veníret semen, cui promiserat, ordináta per Ángelos in manu mediátoris. Mediátor autem unius non est: Deus autem unus est. Lex ergo advérsus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex, quæ posset vivificáre, vere ex lege esset justítia. Sed conclúsit Scriptúra ómnia sub peccáto, ut promissio ex fide Jesu Christi darétur credéntibus.

GRADUAL Psalms 73: 20, 19, 22

Réspice, Dómine, in testaméntum tuum: et ánimas páuperum tuórum ne obliviscáris in finem: Exsúrge, Dómine, et júdica causam tuam: memor esto opprobrii servórum tuórum.

LESSER ALLELUIA Psalms 89: 1

Allelúja, allelúja. Dómine, refúgium factus est nobis a generatióne et progénie. Allelúja.

GOSPEL Luke 17: 11-19

In illo témpore: Dum iret Jesus in Jerúsalem, transíbat per médiam Samariám et Galilæam. Et cum ingrederétur quoddam castéllum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui stetérunt a longe: et levavérunt vocem, dicéntes: Jesu præcéptor miserére nostri. Quos ut vidit, dixit: Ite, osténdíte vos sacerdotíbus. Et factum est, dum irent, mundáti sunt. Unus autem ex illis, ut vidit quia mundátus est, regréssus est, cum magna voce magnificans Deum, et cécidit in fáciem ante pedes ejus, grátias agens: et hic erat Samaritánus. Respóndens autem Jesus, dixit: Nonne decem mundáti sunt? et novem ubi sunt? Non est invéntus qui redíret, et daret glóriam Deo, nisi hic alienígena. Et ait illi: Surge, vade; quia fides tua te salvum fecit.

OFFERTORY Psalms 30: 15

In te sperávi, Dómine; dixi: Tu es Deus meus, in mánibus tuis témpora mea.

SECRET

Propitiáre, Dómine, pópulo tuo, propitiáre munéribus: ut hac oblatiône, plácatus, et indulgéntiam nobis tríbuas, et postuláta concédas. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

For St. Gorgonius, Martyr

Grata tibi sit, Dómine, nostræ servitútis oblatiō: pro qua sanctus Gorgónius Martyr intervéntor exsístat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Wisdom 16: 20

Panem de cælo dedísti nobis, Dómine, habéntem omne delectaméntum, et omnem sapórem suavitatís.

POSTCOMMUNION

Sumptis Dómine, cæléstibus sacraméntis: ad redemptiōnis ætérnæ, quæsumus, proficiámus augméntum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

For St. Gorgonius, Martyr

Famíliam tuam, Deus, suávitatis ætérna contíngat et végetet: quæ in Mártyre tuo Gorgónio Christi, Filii tui, bono júgiter odóre pascátur: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Have regard, O Lord, to Thy covenant, and forsake not to the end the souls of Thy poor: arise, O Lord, and judge Thy cause, and forget not the voices of them that seek Thee. (Ps. 73: 1) O God, why hast Thou cast us off unto the end: why is Thy wrath enkindled against the sheep of Thy pasture? Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now and ever shall be, world without end. Amen. Have regard, O Lord, to Thy covenant, and forsake not to the end the souls of Thy poor: arise, O Lord, and judge Thy cause, and forget not the voices of them that seek Thee.

Almighty and everlasting God, give unto us the increase of faith, hope and charity: and, that we may deserve to obtain what Thou dost promise, make us to love that which Thou dost command. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May Gorgonius, Thy saint, O Lord, gladden us by his intercession, and make us joyful on his propitious festival. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, To Abraham were the promises made, and to his seed. He saith not: And to his seeds, as of many; but as of one: And to thy seed, which is Christ. Now this I say, that the testament which was confirmed by God, the law which was made after four hundred and thirty years, doth not disannul to make the promise of no effect. For if the inheritance be of the law it is no more of promise. But God gave it to Abraham by promise. Why then was the law? It was set because of transgressions until the seed should come, to whom He made the promise, being ordained by angels in the hand of a mediator. Now a mediator is not of one: but God is one. Was the law then against the promises of God? God forbid. For if there had been a law given, which could give life, verily justice should have been by the law. But the Scripture hath concluded all under sin, that the promise by the faith of Jesus Christ might be given to them that believe.

Have regard, O Lord, to Thy covenant, and forget not to the end the souls of Thy poor: Arise O Lord, and judge Thy cause: remember the reproach of Thy servants.

Alleluia, alleluia. O Lord Thou hast been our refuge, from generation to generation. Alleluia.

At that time, as Jesus was going to Jerusalem, He passed through the midst of Samaria and Galilee: and as He entered into a certain town, there met Him ten men that were lepers, who stood afar off, and lifted up their voice, saying: Jesus, Master, have mercy on us. Whom when He saw, He said: Go, show yourselves to the priests. And it came to pass, that, as they went, they were made clean. And one of them, when he saw that he was made clean, went back, with a loud voice glorifying God: and he fell on his face before His feet, giving thanks: and this was a Samaritan. And Jesus answering said: Were not ten made clean? And where are the nine? There is no one found to return, and give glory to God, but this stranger. And He said to him: Arise, go thy way for thy faith hath made thee whole.

In Thee, O Lord, have I hoped: I said, Thou art my God, my times are in Thy hands.

Look graciously, O Lord, upon Thy people: graciously look upon our gifts that, being appeased by this offering, Thou may both grant us pardon, and give us what we ask. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May the oblation of our homage, O Lord, be pleasing unto Thee, Thy holy martyr Gorgonius being our advocate. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Thou hast given us, O Lord, bread from heaven, giving in it all that is delicious, and the sweetness of every taste.

We who have received the heavenly Sacraments, beseech Thee, O Lord, that we may increasingly advance towards eternal redemption. Through the same Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May everlasting sweetness be the portion of Thy household, O Lord, and strengthen it, that through Gorgonius, Thy martyr, it may constantly be sustained in the sweet odor of Christ, Thy Son. Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.